

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21. LONDON W. - 28, Orchard Street.

IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LIBRAIRIE VIC ET AMAT
LUGDUNI LUTETIAE PARISIORUM CHARLES AMAT SUCC.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND. NEW YORK, 143 w 95th St.

IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

LUGDUNI
Rue Victor Hugo, 5

IN GALLIA

LIBRAIRIE VIC ET AMAT
Rue Cassette, II.

IN HUNGARIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
Rue de Metz, 41. BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

TRANSVAALIANA	Romanus.
DE INSRIPTIONE RECENS IN FORO ROMANO REPERTA - Epistola ad <i>Vocis</i> scriptorem qui se « Romanum » appellat	F. Ramorino.
AD HIRUNDINEM FAMILIAREM	F. X. Reuss.
DE TERRAEMOTU URBIS DIE XIX MENSIS IULII MDCCCIC	Senior.
DE NOVA LINGUA QUAM « CAERULEAM » PLACUIT APPELLARI	Monteluccius.
ALEXANDER VOLTA	A. Costaggini.
NOVOCOMUM URBS	X.
GUARDIAGRELIS MONUMENTUM	H. D. V. Pieralice.
FLORUM MICROBI	R. Spina.
DE TELEGRAPHO FILI EXPERTE NOVA ADINVENTA	L. M.
FRUSTULA	Forfex.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	I. A. - H. P.
AENIGMA QUADRUPLEX	Gryphus.

In terlia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Parvae ignivomae ballistae apud Germanos - In locustas con-	
clamatum est - Phonurgica - Ioci	P. d. V.
EPISTOLARUM COMMERCIMUM	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

- GIOVANNI RIZZACASA d'ORSOGNA. *Le Stelle*. Parte I. *I fenomeni d'Arato Solense*. Traduzione dal greco in versi italiani. - Augustae Taurinorum, ex off. olim Pomba et Soc., 1899.
- M. Tullii Ciceronis oratio pro T. Annio Milone, curante A. CINQUINI. - Augustae Taurinorum, ex off. I. B. Paravia et Soc.
- Ad Margaretham Sabaudam Italorum reginam quod scripsit VINCENTIUS USSARI. - Tibure.
- CARLO PASCAL. Il titolo probabilmente falso di un poema di Cicerone. - Neapoli, ex off. Regii Athenaei, 1899.
- FRANCO BALLERINI. Le belle arti nelle legislazioni passate e presenti italiane e straniere. - Genuae, ex praelis Fassicom et Scotti, 1898.
- Oratio honorifica in Didacum Vitriolum Reginum recitata a Doct. NICOLAO FRANZUTTI, Phyrrhanensi ex Venet. Iul. in prov. Ter gesti. - Messanae, ex off. Tribunalium, 1899.
- Die nominali Leonis XIII P. M. PETRI ANGELINI epigramma. - Romae, ex off. Forzani et Soc.
- Leone XIII e i suoi studi giovanili. Versi di Mons. ALESSANDRO AVOLI. - Ediderunt, Romie, Desclée, Lefebvre et S.

L'amico della gioventù. Singulis hebdomadis prodit. Veronae.

L'amico del popolo. Bis in mense editur Romae.

Atene e Roma. Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus. Florentiae-Romae.

Bessarione. Recensio periodica studiorum orientalium. Romae.

Bollettino del museo civico di Padova.

Cosmos Catholicus. Novissimus commentarius menstruus, qui Romae prodit ex officina Vaticana.

La Croce. Singulis hebdomadis prodit. Neapoli.

Divus Thomas. Commentarium inserviens Academis et Lyceis scholasticam sectantibus. Placentiae.

Emporium. Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

Ephemerides Liturgicae. Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae. Quaestiones liturgicas, sive quod theoreticen, sive quod praxim spectat, tractant; et Decreta S. Rituum Congreg., opportunis additis commentariis, evulgant. Accedit Appendix continens quaestiones cum Liturgia relationem habentes et Decreta aliarum Congregationum. Recens Pontificis litteris in forma brevis donatae sunt.

Esperia. Litterarum recensio Casertae.

Giornale Arcadicò di scienze, lettere ed arti. Romae.

La Madonna dei bambini. Catinae.

Il Marzocco. De litteris et artibus commentarius. Florentiae.

Minerva. Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, quae sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgantur, strictim referens.

Nuntius Romanus. Romae.

L'Oriente Serafico. Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assisium.

L'Osservatore Cattolico. Diarium Mediolanense.

Rivista d'Italia. Semel in mense prodit. Romae.

Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie. Semel in mense prodit. Romae.

Praeter scripta maximi momenti videre in hoc commentario placet librorum commentariorumque recensionem maxime copiosam.

Rivista politica e letteraria. Semel in mense prodit. Romae.

Singulare in commentario hoc id habetur, scripta omnia designari, quae in praecipuis totius orbis ephemeridibus scitu digna vultentur.

Il Santuario di Caravaggio. Caravagii ad Bergomum.

La scuola secondaria italiana. Singulis hebdomadis prodit. Mediolan.

Valle di Pompei. Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

La vera Roma. Singulis hebdomadis prodit. Romae.

Vita Nova. Ephemeris, cura Societatis iuvenum athenaeorum studiis vacantium. Neapol.

Vittoria Colonna. Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit. Neapoli.

La Ricreazione. Commentarius; bis in mense prodit. Tergeste.

Die Nation. Semel in hebdomada vulgatur. Berolini.

Studien und Mittheilungen. Reigen.

Obnova. V. Hradci Králové.

Vlast. V. Praze.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxelles.

Revue Bibliographique Belge. Bruxelles.

Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletin-Revista de la juventud católica de Valencia.

La Crux. Madriti.

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiástica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

El Católico. Santiago de Cuba.

Der Herald des Gimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatemala.

Johns Hopkins. University Circulars, Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University, N. Y.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis ebdomadis editur. Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Dominico praeconium menstruum. Somerset (Ohio) U. S. A.

The Church Progress. St. Luis Mo.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

COMMENTARI "VOX URBI", INDICES SINGULI

XV num. ann. II.

De hagano conventu circa pacem - EUCALYPTUS.
Mores iuvenum Germanorum studiis vacantium - A. COSTAGGINI.
De telegrapho apud veteres Graecos - D. TAMILIA.
In Vincula S. Petri Apostoli - F. X. REUSS.
Europeorum in Africa coloniae - LAELIUS.
De Portiunculae templo apud Assisium - H. D. V. PIERALICE.
Didacus de Silva y Velasquez - I. ANTONELLI.
Ex Italia. Novocomensis de electride et sericis publica recognitio igne absumpta - A. L.
Stela in Romano Foro effossa - ROMANUS.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - A. MORCHIO.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Cur Tertius dictus est Napoleon - Equi nullius - Iustitia claudicans? - Ioci - P. d. V.

XVI num. ann. II.
Indictio litterarum certamini additi dies - Vox Urbis.
Ad Leonem XIII Pontificem Maximum - D. CARD. IACOBINI.
De Belgicis perturbationibus - ROMANUS.
De ludis discendi apud Romanos - I. IACHINO.
Iosephi Parini notitia centesimo vertente anno ab eius obitu - D. TAMILIA.
Ex Helvetia. De Sancti Mauritii Agaunensis monasterio - A. SORDET.

Titiani Vecellii tabula Deiparam in Caelum Assumptam referens - X.

Volaturusne homo? - H. D. V. PIERALICE.

Nova urbs in Glaciali Oceano condita - A. CO STAGGINI.

Vita functi viri clariores - C.

Operariorum conditio apud Danos - A. VIEILLOT.
Annales - POPLICOLA.

Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.

Librorum recensio - I. F. - H. P.

Aenigmata - C. A. MELANDER.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.

Varia: Quid in russis vaporitrabis pro Deo - Quae amittantur facilis - Lepidum reperatum - Ioci - P. d. V.

INGENITUS q
ex patrum
attentatam pop
sidiis audiamu
riamur nomine
iterum tempore
oppressam doler
ab iis, quae tu
saecula viderun
bus excutis art
tissimis, adhuc
scimus, merito
praeconio effert
inanis omnino

Transvaalia
tes videntur, ut
viro prolatam,
neri fato obsistit
lex, qua et hom
ut qui infirmio

Haec itaque
quo, infausto o
lum agrorum c
ditum, advenar
panderent, hodi
cerent. Non ha
bus confisi Cel
conditores, ex u
transeuntes, no
coluerant, frug
derant. Inde Bo
hodie miramur
sima, mulierum
posito tenax; e
satis exulta, in
sima, in venatio
usque ad sang

Porro id ips
generis memor
vici nimia, ut
nere, nec adve
fodinas undique
quasi peregrin
effessoribus, in
plerumque est
ferendi suffrag
denegare. Qua
cili Rhodesii a
selecta comita
siliens, Praetor
tenuisset, nisi

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

TRANSVAALIANA

INGENITUS quidam, ut puto, et quasi acceptus ex patrum haereditate sensus est, ut si quando attentatam populorum libertatem armis vel insidiis audiamus, omnes, qui adhuc romano gloriamur nomine, acrius commoveamur, et evocata iterum temporis acti memoria, gentem misere oppressam doleamus vehementius. Neque enim ab iis, quae turpiter huiusmodi admissa ferrea saecula viderunt, nobis humanioribus, et omnibus excultis artibus, gentiumque iuris longe peritissimis, adhuc temperatum est: et cum renovata scimus, merito dubio angimur, num, qui tanto praeconio effertur, humanae societatis progressus, inanis omnino vox habenda sit.

Transvaalianae nunc reipublicae tales esse sortes videntur, ut, iuxta sententiam nuper ab illustri viro prolatam, validioribus gentibus, quorum itineri fato obsistit, loco ipsa cedat; ea enim est ferrea lex, qua et homines et bellus natura constringit, ut qui infirmiores sunt a fortibus deleantur.

*

Haec itaque potuerunt fodinae auriferae, ex quo, infausto omni, notae sunt factae, ut populum agrorum cultui et pastoriae arti omnino detinutum, advenarum cupiditatibus primum, undique panderent, hodie vero in libertatis discriminem adducerent. Non haec profecto auspicia fuerant, quibus confisi Celti illi ac Batavi primi reipublicae conditores, ex ultimis Africæ terris, Vaal flumen transeuntes, novam regionem occupaverant, excoluerant, frugumque omnium feracem reddiderant. Inde Boerorum illa gens orta, quam vel hodie miramur, corpore procula, viribus validissima, mulierum forma decora, animorum proposito tenax; et quamvis litteris plerumque haud satis exculta, in agresti tamen labore constantissima, in venatione audax, libertatis denique suae usque ad sanguinem strenua custos.

Porro id ipsum summae culpae vertunt, aviti generis memorias patriumque sermonem batavicum nimia, uti videtur, contumacia ipsam retinere, nec advenas, quotquot ad male repertas fodinas undique confluxerunt, quasi cives, sed quasi peregrinos habere: istisque cupidis auri effessoribus, in nefas omne, uti horum hominum plerumque est, facile ruentibus, publicum ius ferendi suffragium in comitiis iniqua rigiditate denegare. Qua de causa Jameson doctor, Caelii Rhodesii assecla primus, tertio abhinc anno, selecta comitante cohorte reipublicae fines transiliens, Praetoriam urbem caput recto tramite tenuisset, nisi ab occurrentibus statim Krüger

praesidis militibus fusum suum agmen vidisset, et ipse ad civitatem, quam cupiverat, captivus esset ductus. Et profecto tum reipublicae fertiles agros, tum, quod pluris facere Jameson videbatur, auriferas fodinas, tum Praetoriam ipsam non invenustam urbem merito petiit. Arvorum enim ubertosissimi fructus, gramina omnia sunt, et nicotianae foliae lata messis, et pecudum copiosa in annos multitudine, ex fodinis vero in dies largiores thesauri in lucem prodeunt: ad quae vehenda tres iam ferreæ viae stratae sunt ex Krügersdorp ad Kleksdorp, ex Praetoria ad Pietersborg, ex Charlestown ad Johannesberg. Praetoria denique urbs nitidis domibus renidet, quas virides ubique horuli circumsepiunt atque amoenissimas reddunt.

*

Iure igitur, post Jameson captivitatem, instrueta in dies infelis proelii ultio est, modo sermonis in publicis negotiis adhibendi quaestione proposita, modo excitatis de fodinariis legibus querelis, modo prolata ab advenis effessoribus nova rogatione, ut una cum civibus oratores ad publica comitia diligere sibi liceret.

Ex qua, cum legum latores eam probare noluerint, nisi certis quibusdam conditionibus, bellum iam iam videmus exortum, strenue contendibus Anglis advenarum iura a nimis aspera Boerorum gente immerito esse conculcata. Ad arma itaque concurritur, atque in anglis proximis coloniis legiones instruuntur, tormentaque omnia bellica parantur, dum ex Indiarum litoribus exque dissita ipsa Anglia equites peditesque, selectaeque missiles glandes, quas *dum-dum* vocant, quotidie navigiis advehuntur.

*

Ceterum facile licet coniicere cui belli fortuna favebit; iamque Boeris illis pretium contumaciae solendum et libertati suae esse valericendum, quam profecto Krüger, reipublicae praeses, vir tenacissimus, non tantum quovis aureorum pondere, sed ipsis infausti metalli fodinis ex patriae terrae visceribus avulsis, si fas fuisset, redemisset. Non semel enim acriter conquestum ipsum audivimus, thesauros illos male fuisse repertos, qui populum a salubri agrorum cultu avertissent et a pristina morum honestate corrupissent; qui tot advenas divitiarum unice cupidos, et ad quaevis scelera paratos in patriam vocassent; qui amittendae denique libertatis potissimum forte periculum excitare potuissent.

*

Frustra tamen: nam cuiusvis gentis indolentaria placita sunt; olim namque, puta, cum la-

tinae gentes dimicarent, vel patrii nominis vel gloriae studio, insano furore morti occurrabant hilariter; hodie vero, prudentiori consilio, pro auro pugnatur.

ROMANUS.

DE INSCRIPTIONE RECENS IN FORO ROMANO REPERTA

EPISTOLA

ad *Vocis* scriptorem qui se "Romanum" appellat.

F. Ramorinus « Romano » viro cl., s. p. d.

QUONIAM in superiore commentarii nostri numero de stela in Romano Foro nuper effossa uberrime locutus es, et ea quae de hac re in opusculo publice vulgato continentur in epitomen redigisti, benigne excipias velim nonnullas animadversiones, quae de archaica inscriptione super quattuor cippi facies incisa reputanti mihi sponte sese obtulerunt.

Iuvat ante omnia inscriptionem ita ut in ipsa stela tofacea etiamnunc legitur, vel apicibus litterarum servatis, typis tantum recentibus, exhibere.

In prima facie igitur haec insculpta sunt:

Linea 1^a (a dextra ad laevam legenda):

QVOI HO....

Linea 2^a et 3^a (a l. ad d. et rursus a d. ad l.):

.... AKROS ES ED SOR

Secunda facies quattuor lineis constat:

Linea 1^a (a l. ad d.):

.... IA?IAS

Linea 2^a (a d. ad l.):

REGEI LO

Linea 3^a (a l. ad d.):

.... EVAM

Linea 4^a (a d. ad l.):

QVOS R....

Sequitur tertia facies, quattuor lineas pariter complectens, quarum primam et alteram artifex ita insculpsit, ut versis in contrarium partem oculis legendae sint; ideoque cum primo aspectu videantur a laeva ad dexteram et a dextera ad laevam pergere, quod par erat in scriptione βουτροφεδόν, re tamen ipsa a d. ad l. et a l. ad d. legi debent. In tertia et quarta linea artifex denuo ad rectam scribendi rationem reversus est. Hae lineae igitur sic se habent:

1^a et 2^a (a d. ad l. et a l. ad d.):

.... M KALATO REM HAP

3^a et 4^a (a l. ad d. et a d. ad l.):

.... GIOD IOVXMEN TA CAPIA DOTA V

Quartae faciei hae sunt lineae quattuor:

1^a (a d. ad l.):

M ITE RI K.....M

2^a et 3^a (a l. ad d. et a d. ad l.):

.... QVOI HA VELOD NEQV

4^a (a l. ad d.):

.... OD IOVE ESTOD

cfr. *præcia* et *præco*, *præcium* et *præconium*, *feria* (= *fesia*) et *festum*.

IV. Extrema parte vetatur famulis vel aliis servilis generis hominibus transitus per Comitum: ITER p[er istum locu]m QUOI HAVELOD (sc. famulo) NE QUOI [baiulo.... inter]diu ESTOD. Ubi obscura vox have-los accipitur pro famulo (?).

Quod ad aetatem inscriptionis pertinet, ut ex dictis iam facile colligitur, haud opinatur Comparetti illa aetate anteriorem esse, qua tribuni plebis creati sunt. Itaque post annum 261 ab U. c. (493 a. C.) insculpta. Quod mihi haud cunctanter probatur; quae res non impedit quominus eam in deliciis habeam, ut vetustissimum latini sermonis monumentum. Libentissime plando tibi, amice, ominanti ut novi multique huiuscmodi thesauri, productis longe lateque effosionibus, in lucem prodeant, adeo ut viva veluti vox patrum ex sepulcris reviviscens nos in admirationem et rerum antiquarum studium excitet, erigat, rapiat. Vale atque vale iterum.

Dabam Cirelii in agro Pistoriensi, die Augusti m. XVI^a, anno MDCCCIC.

AD HIRUNDINEM FAMILIAREM

*Ver est, ac redeunt quotquot abegerat
Autumnus volucres; at mea trimula
Non apparet Hirundo
Laetas inter hirundines.
Nidum quære tuum, Cara, tepe[n]ibus
Auris iam saturum; quem neque passeri
Furaci, neque telis
Permiti puerilibus.
En vicina tuis tecta sororibus
Nigrescunt: reliquias proximus allicit
Ritus, quo (bona praeda)
Gens muscaria convolat.
Heu! nusquam mea se prodit amicula,
Dignosci facilis, quod pede dextero
Late fert rufulantem,
Tinclam murice, taeniam.
Aures exacuo; nec mea pipilat
Cantrix, cuius eram doctus amabilem,
Inter mille sodales,
Mox discernere voculam.
Quid te, Cara, velat dulce revisere
Tectum, nidus ubi conditur elegans,
In quo nata, beato
Es versata triennio?
Non hoc te revocat, iam vice tertia,
Proles auspiciis edita prosperis?
Non, quacunque sub hora,
Lauti copia pabuli?
Num te raptor atrox (cui fera viscera
Discerpant aquilæ!) milvius obruit,
Cum tu, lassa viarum,
Cursum forte remitteres?
Numquid, vimineo tradita carceri,
Longos usque dies ingenis, irrito
Dum conamine clathros
Rostro scalpis et unguibus?
Num denum veteris taedia niduli
Te cepere tui? Desine, desine,
Morum stulta novorum
Cultrix, spernere pristinos.
Audi, qui legis haec: Te sub hirundinis
Descripti specie, quem Deus alite
Auxit mente, supremos
Apta tangere vertices.
Alis hisce tuis appete Caelitum
Sedes; sique minax terreat aucupis
Te, seu vulturis umbra,
Sacris Aedibus advola.
Hoc si perfugium forte reliqueris,
Mens incauta!, rogo, ne male differas
Huc cordata redire,
Vecors unde recesseris.*

F. X. REUSS.


DE TERRAEMOTU URBIS

DIE XIX MENSIS IULII M DCCCIC

Die XIX mensis Iulii nuper elapsi terraemotus Ur- bem, hora post meridiem 1^o ac triente 11^o horae sequentis, non mediocriter terruit, domos quamplures laesit, finitimaque per oppida obequitans, Latialia praesertim, damna multa aedificiis intulit, nullum tamen diruit, nec morte affecit ex civibus quemquam.

Commentarii nostri moderator, cui ea mens est, ut nihil memoria dignum silentio praetereat, me ad astronomicarum physicarumque rerum virum per- tissimum, Iosephum Lais, e Congregatione S. Philippi Neri, misit rogatum ut, qua usus antea benevolentia semper in nos fuerat, sic in praesentiarum uteretur, de his, quae postulabamus, commoneficiens.

Non abnuit eruditissimus vir, et vota nostra praetergressus non modo petita concessit, sed et imaginem addidit a pendulo photographico descriptam, quod a Bertellio clarissimo viro, qui idem invenit, nomen accepit, qua soli nutationes, subitaeque subsulta di- versiones affabre expressae sunt. Nos et imaginem datam ac tanti sententias viri subiicimus lectoribus nostris, rem gratam certe facturi.



Haec autem sapiens ille:

Quæ vidimus atque notavimus in specula Vaticanae arcis, haec omnino tenenda esse suadent.

Qui terraemotus die mensis Iulii xix Romæ circaque fuit, multiplicibus undis, quibus constat, certum ab exordio cursum non ostendit. Hoc autem et profundissimum esse centrum commotionis indicat, et multiformes inflexiones, quas superpositi pertulere terrarum ordines, idemque adstantes commoventi centro parietes.

Penduli photographici diagramma motus terræ ab initio usque ad quietem ostendit; nam acies seu cuspidi sismographici apparatus descripsit motum conicum; ita porro, ut ellipsim in orbe retinuerit. Atque huiusmodi motibus adscribenda sunt signa, quae penduli cuspidi super vitrum levi oblitum fuligine iens rediensque exaravit, elliptica in area conclusa; cuius axis sive diametros maior est xix mm., pertinens a septentrione in meridiem, et minor est vii mm., sive in orthogonalis, ab oriente in occasum.

Pendulum siderale turris Leoninae, a septentrione in meridiem agitatum et repente subsistens, aperte ostendit in massam penduli imum thecae actum fuisse, scilicet impulsu exortum ex intensa vi ab ortu in occasum. Exortum dum dicimus, initium tantum designamus; nam et impulsus est alias a septentrione in meridiem, teste sismographo Cecchi.

Summa gemini impulsus pari designatur intermedia linea, sive NE. SW. sive NW. SE.

Ultima haec tamen procedendi ratio, sive directio et via probabilior fit ex prolapsu globi in sismographo Galli, qui motum indicat in NW.

Probabilior dixi, non certissimam directionem; nam (quod clariss. De Rossi in terraemotu, qui ad calendas Novembres anno 1895 Latiale oppidum, cui Arx Papæ nomen, agitavit, expertus est) saepe nutationes undasque horizontales NE. SW. sequentes sunt orthogonales NW. SE. Quod quidem in terraemotibus eo saepe fit, ut hoc De Rossi, quem paulo ante laudavimus (*Meteorol. Endogen.* vol. I, p. 291), mechanicam terraemotuum legem appellat: terraemotus enim soli fracturas percillit, sive secundum axem, sive adversus; quia vis endogena, quae terraemotum causa est, dum urget eruptura superimpositos sibi soli ordinis, cogitur, hisce resistentibus, et obnitentibus pondere proprio, ad diffusionem et explicacionem sui contra parietes ad latera per viam interioribus fracturis, seu specubus datam. Quo fit, ut sublevata tremitant, praesertim post impulsu, ut iterum in aequilibrio quiescant.

Hinc iure asseritur: *concussionem fracturae sequitur obse- quens tremor adstantis bivalvum regionis Epicentrum*, unde comotiones, sive undæ moventes, illuc ponendum est, ubi terraemotus subsultorius fuit, quod quidem facile ab effectibus dignoscetur; nam ibi subruti et quassati muri, ibi et frequentior soli assultatio. In hodierno terraemotu epicentrum indicari potest in declivio Montis Cavi, qua septentrionem spectat, qui mons olim vulcanus fuit, et est inter meridiem et orientem solem (SE.) quoad meridianum Urbis aeternæ.

Impulsus primordialis recte asseritur in specula Vaticana; id enim ostendit pendulum siderale Leoninae turris repente consistens in regressu a septentrione ad meridiem. Stetit autem hora 9, 57', 50" siderei temporis, nempe hora 2, 10', 04" temporis medii astronomici; hora 14, 20', 16" temporis medii pro Europa media. Quod satis concordat cum pendulo meteorologicó, electridis vi stante ob disci casum, hora 14, 19' T. M. E. C.

Commotio sismica diuturnior fuit in re, quam in opinioni et iudicio civium: nam quum omnes penitus conquiete solum existimarent, in atrio tamen S. Damasi sismometrum Bertelli hora decimaquinta, scilicet post circiter quadraginta minuta temporis a terraemotu, solum quietis adhuc expers esse constabat; quippe ingens penduli massa ultra gradus suppositae machinae et additi indicis ferebatur.

Quoad intensitatem vero terraemotus, de quo sermo, iuxta gradus Rossi-Fores, septimum tenet numerum, multaque communia insuper habet tum vi, tum incessu cum terraemotu, quem calendis Novembribus adscriptissimus anno 1895. Tunc pariter impetus fuit ab E. ad W., conversio, seu *orientatio*, ut aiunt, a SE. in NW. Tunc pariter siderale pendulum substitut, et calamus pluviographi Richard quinquaginta et octo mm. processit.

Haec doctissimus astronomus et physicus, cui grates pro datis agimus maximas; eoque docente, synthesim sismologicae disciplinae, adolescentis adhuc, in nostro commentario nos edituros fore speramus.

SENIOR.

DE NOVA LINGUA

QUAM CAERULEAM PLACUIT APPELLARI

LIBER singularis nobis submittitur, viri cuiusdam Parisiensis, cui nomen Bollack, novae linguae praeconis, quam « lingua caeruleam » (gallice *Langue Bleue*), vel suo ipsius nomine *Bolak* ipsi placuit appellare.

Itaque omnia vocabula Bollackius in duo genera dividit:

1^o *motula*, id est parva verba; 2^o *magverba*, id est maiores verba, quae gallice *gramots* appellant; illa significationem indefinitam, confusam habent; haec autem certam ac praeferuntur.

Ante omnia id animadvertisendum censemus, pronomen a Bollackio inter confusa verba numerari, ita ut « ego » *motulum* sine definita significatione

habeatur; in quo nobis admodum errare noster videtur; nec aliter esse poterat, cum falsam ille sequeretur disciplinae formulam. Verba enim vacua ab homine prius reperta fuisse quam certa credit.

Vocabulorum autem maiorum inflexum (qui quidem motulis deest) simplicibus duobus his efficit modis:

1º per usum vocis vel *instrumenti*: u;

2º per *bellidem* A, E, I, O.

Etenim si symbolum u vocabulo KVAL (« equus ») praeposueris, significabitur « equa », UKVAL. Si autem eundem u postposueris, significabit « equos », KVALU. Si denique alterum u pree, alterum post posueris, significabit « equas », UKVALU.

Quod ad *verba* pertinet, idem u, si praeposatum, futuro aequabitur: LOVO, « amo », ULOVO, « amabo ».

In *adjectivis*, u praepositum idem ac « tam » sonat: SREY, « saepe », USREY, « tam saepe ».

Nunc ad *bellidem*. Vox a significabit « minime », o « paululum », E « multum », I « vehementissime ».

Aequalitas, ut modo dixi, per *instrumentum* u exprimitur.

At bellidis regula *verbis* extenditur, hoc modo: quum LOV amorem indicet, LOVI erit « amare semper », LOVO, « in amore versari » (aliquid ut aoriston Graecorum), LOVE, « amavisse », LOVA, « fore ut ametur ».

Rursus, ALOV significabit « negligentiam », OLOV « propensionem », ELOV « cupidinem », ILOV « imponentiam amoris ».

Participium per litteram D ostenditur: LOVID, « amans (semper) », LOVOD, « amans tunc temporis », LOVED, « amatus », LOVAD, « amabilis ».

Ni fallor, nonnullas formas Bollakio scandinavensis linguae, necnon et celticae suppeditant. Exempli gratia: PAN, « panis », PANET, « panis parvus » erit, PANAS, « panis maior ».

Nomina quidem non declinantur, at augeri vel minui possunt, variisque viis modificari, secundum indolem cuiusdam celticae linguae idiomatis; ipsaeque flexiones aliquando danici sermonis regulas sequuntur. Aliquid etiam a semitico eloquio de trilitera methodo assumitur, necnon de interna vocabulorum flexione, hoc modo: quum ME LOVE « amavi » sonet, ME LOVUE « amatus sum » indicabit.

Quid plura? « caeruleam linguam » elegantem forsan, sed difficillimam fore existimo, quum ardua tot tantaque in se habeat; quod si quis sermo communis inter gentes arte confici debeat, facilem eum esse opportere constat, et paucis regulis oneratum, non pluribus quam necesse sit vocabulis, nec nimium a sermonibus usitatis divergentem.

Ut argumentum absolvamus, multo facilius



Alexandri Volta effigies.

(Ex tabula aere cusa a R. MORGHEN).

latino sermone uti gentes posse arbitramur, quam *Bollakio*; latinus sermo commodior hoc etiam videatur, quod liber vocabulorum ordo in sententia unicuique relinquatur; ut Germanus Gallum latine scribentem intelligat, quamvis hic ordine gallico utatur; Gallus autem Germanum quamvis germanicae grammaticae ordinem ille servet.

Ceterum Bollakius auctor ab erroene principio proficiscitur: non enim litera vocem genuit, sed vox literam; nota, sive eam symbolum, sive signum nomines, nihil aliud est quam repraesentatio, id est imago soni vel *vocis*; quo fit ut scriptura sermonem sequatur, non regat.

Itaque si ficticiam linguam fabricare opus esset, sonos prius adsciscere oporteret, vocibus ita selectis assentiri, simulque propriam earum pronunciationem,

id est orthoepiam, constituere. Verum opportunius ac simplicius procul dubio videtur unam ex usitatis linguis eligere, quam novam incredibili labore fingere.

MONTELUCCIUS.

ALEXANDER VOLTA


NOVOCOMENSIMUM infanda calamitate non fracta virtus, imo in nova conamina post infortunium nitens, admiranda profecto civilibus gentibus omnibus visa est. Nec satis; nam quae hodie ex suis ipsis cineribus resurgent publicae recognitionis aedificia, veluti avis illa in Arabia nobilis, de qua fabulati sunt poetae, constantiam sane ostendunt urbe illa dignam, ex qua Alexander Volta, electricis disciplinarum pater, ortum duxit. Perillistris itaque viri memoriam, in cuius honorem bis suae virtutis portenta cives pandunt, brevi sermone recolere, nunc optimum mihi visum est.

Sed neminem ignorare primum arbitror qua de causa factum sit, cur Alexandro Volta, die XVIII mensis Februarii MDCCXLV nato, ac die Martii mensis V anno MDCCCXXVII in oppido Camnago defuncto, hoc nimirum currente anno tanta solemnitate sint ab eius civibus feriae decretae. Planum enim est, et apud omnes receptum, et quasi necessarium, illustrium virorum maxima facinora supra reliquam eorum vitam ita eminere, ut ceteras omnes memores dies, ad natalem usque et funeralem, minoris pretii et quadammodo neglegendas reddant. Haec de Christophoro Columbo atque Americae prima invisione, de Gutenberg atque imprimendi librorum arte, de Volta eiusque electrica pila plane acciderunt; quare optime constitutum est ut, centenaria redeunte die ex quo, prima exstructa pila, totius electricae vis originem vir celeberrimus invenit, memoria potissimi eventus solemniter celebraretur.

Alexander ille vero Brunate in oppido Insurbiae pueritiam transegit. Adolescens studiis operam dedit; at observandi cupiditate facile correptus, a proposito sibi tramite saepe aberrabat, ita ut non

magnam laudem tunc a magistris obtinuerit. Assiduum tamen laborem in litteris quoque impendere non destitit, ut et itali, et gallici, et latini versus, qui ad nos usque pervenerunt, satis ostendunt. Verum investigandae naturae disciplinis, ut inde ferebatur, apprime vacans, cum clarissimis eius saeculi viris qui studiis iisdem illustres evaserant, epistolari commercio cito est coniunctus, quos inter Nollet gallus ac Lazarus Spallanzani.

Vigesimum nonum annum cum attigisset, Novocomensium scholarum a Firmian comite rector est relatus, ac paulo post, cum novum instrumentum *electrophorum* confecisset, physices cathedralm in gymnasio



Novocomi urbis prospectus. (Photographie expresserunt Fr. Alinari, Florentiae).

obtinuit. Ad ha- gubernatoris, p- cuniaque copio- terasque necessi- cooperatoribus mia daret, deni- ti- Sabaudian-

Haec inter i- disciplinis huma- ner, Haller, Ti- devinxit, atque, rimum sibi aux- testimonio ita c- una cum ipsis T- cen doceret, fue-

Anno MDCLX- duobus post an- ubique a doctis c- tus atque honoris mulatus, a Iose- imperatore com- ceptus aureoque smate donatus.

In Italiam dei- versus ad labore- dium alacrius in- ac simul pae- ad Papiense athen- pluresque libelle metereologia elect- aereorum corpor- latatione publice Inter haec, ab usque MDCCXII, vanismi origine condita causa cu Galvani discepta instituerat; ante que electrophor electrometron, qu densatorem dicu fecerat; deinde ve tecta a Galvani ra chorea, physician causasse potius organicam contra asserebat. Igitur rimentis, ut qui anno MDCCXIX p- mus, primum ex- Primum rei nunc ad Banks doctissi dedit. Haec Nov pore ab itinerib- blicarum vicissitu dinem receperat, dare licebat.

Sequenti anno parte duce iubent- dere oportuit, ma- eius autem inver- iam ita pervaserat. Scientiarum, qua- rem explicaturus adstante Bonaparte citata est, ut illi socios cooptari v- ac splendido pecu- anno MDCCXII ita lum adscripserit, equites Honorifica-

n opportunius
nam ex usitatis
redibili labore
TELUCIUS.

TA

ate non fracta
post infortu-
libus gentibus
uae hodie ex
e recognitionis
obilis, de qua
ane ostendunt
er Volta, ele-
duxit. Perillu-
s honorem bis
brevi sermone
est.

arbitror qua
Volta, die xviii
ie Martii men-
mnago defun-
ta solemnitate
Planum enim
necessarium,
apra reliquam
nes memores
minoris pretii
Haec de Chri-
ma invisione,
orum arte, de
derunt; quare
redeunte die
electricae vis
oria potissimi

oppido Insu-
studiis ope-
ile correptus,
at, ita ut non
udem tunc a
btinuerit. As-
nen laborem
noque impen-
destit, ut et
lici, et latini
ad nos usque
t, satis ostend-
m investigan-
e disciplinis,
erebatur, ap-
ns, cum clav-
saeculi viris
iisdem illu-
rant, episto-
rcio cito est
quos inter
s ac Lazarus

obtinuit. Ad haec autem Firmian comitis, Insubrum gubernatoris, patrocinium plurimum ipsi valuit, pecuniaque copiosa est illi concessa, ut machinas certasque necessarias supelleciles emeret, stipendia cooperatoribus constitueret, discipulis optimis prae-mia daret, denique ut itinera studii causa per Helvetiam, Sabaudiam, Alsatiensemque aggredieretur.

Haec inter itinera celeberrimos omnibus naturae disciplinis humanisque litteris viros Bernouilli, Gessner, Haller, Tissot, Cigna, Saussure sibi amicitia devinxit, atque, communicatis cum ipsis consiliis, plurimum sibi auxilium comparavit, eorumque etiam testimonio ita claruit, ut ad Papiense athenaeum una cum ipsis Tissot, Scarpa, Spallanzani, ut physici doceret, fuerit advocatus.

Anno MDCCCLXXXI Galliam, sequenti vero Angliam, duabus post annis Austriam ac Germaniam invisit, ubique a doctis celebratus atque honoribus cumulatus, a Iosepho II imperatore comiter acceptus auroque numismate donatus.

In Italiam deinde reversus ad laborem ac studium alacrius incubuit, ac simul paelectiones ad Papiense athenaeum, pluresque libellos *De metereologia electrica, De aereorum corporum dilatatione publice edidit*. Inter haec, ab anno usque MDCCXCII, de galvanismi origine et recondita causa cum ipso Galvani disceptionem instituerat; antea namque electrophorum ac electrometron, quod *condensatorem* dicunt, confecerat; deinde vero detecta a Galvani ranarum chorea, physicam eius causam esse potius quam organicam contra illum asserebat. Igitur, multiplicatis ab utroque experimentis, ut quisque suam assertionem tueretur, anno MDCCXCIX *pilam*, quam ex ipso voltaicam dicimus, primum extruxit, qua victor ex paelio discessit. Primum rei nuncium in epistola, quam eodem anno ad Banks doctissimum virum misit, celeberrimus vir dedit. Haec Novocomi nimurum detexerat, quo tempore ab itineribus atque ab athenaeo, ob rerum publicarum vicissitudines, regressus, domi sese in solitudinem receperat, ubi quiete maxima studiis operam dare licebat.

Sequenti anno Gallis iterum redeuntibus, Bonaparte duce iubente, athenaeum Papiense iterum pandere oportuit, magisteriumque Alexandro restituere: eius autem inventi fama nationes omnes paullatim iam ita pervaserat, ut a Primo Consule Lutetias in Scientiarum, quam vocant, Academiam accersiretur, rem explicaturus. Fecit profecto Alexander, ipso adstante Bonaparte; in quo tanta admiratio viri excitata est, ut illum inter octo extraneos Academiae socios cooptari voluerit, novoque aureo numismate ac splendido pecuniae munere donaverit; quin etiam anno MDCCCI italicico Scientiarum Coetui primum illum adscriperit, nonnullis autem post annis inter equites Honorificae Legionis atque Ferreae Coronae,

deinde inter senatores Italici regni retulerit; denique nobilitatis titulo auxerit.

Postremus vero Alexandri triumphus hic fuit; senectute enim iam laborans, ab anno usque MDCCCV in quietem domesticam recesserat, ac Mediolanum se contulerat. Cum autem illius urbis in potestatem Austriaci rediissent, ut eorum iram vitaret, domum dynastum Mugiasca prope Novocomum aufugit; at ad Papiense athenaeum, ut physicen et mathesim doceret, cito est revocatus, in quibus ad annum usque MDCCXIX discipulos erudiit, cum, nimia aetate amplius ad scholam noh valens, iterum Novocomum petit, ubi tandem magna pietate e vivis excessit.

Cannago in rure, quod dilectissimum ei fuerit, monumentum ipsi est exstructum rotundi sacelli instar, in quo sub arca marmorea eius cineres requiescent.

A. COSTAGGINI.

Mediolani ducibus, plures instaurata fuit; sed tandem ab iberis militibus, duce Antonio De Leyva deleta est; unaque turris intacta est relicta, quae et hodie veteris historiae reliquia simul et monumentum manet.

Templum cathedrale aevum municipalis libertatis memorat; nam anno 1396 a Laurentio Spazzi architeco primum est excitatum, quamvis nonnisi anno 1543 confectum fuerit, et anno 1732, imposito tholo, perfectum.

In ceteris vero insignia sunt aedes municipum, cathedrali templo adiectae, ac templum sancto Abbondio dicatum, quod Longobardorum temporibus exstructum dicunt. Suburbia rura faciunt celeberrima, altera Calpurnii Fati Plinii senioris atavi, altera Vibii Canini Rifi illustrissimi viri.

Sed pulcherrima Novocomi gemma Larius lacus est, in quem Addua flumen, ex Alpibus praeceps, influit, ac deinde lucidas aquas linquens, iterum cursu ad Padum pergit. Huius smaragdinis undas montes circum virides amplexantur, ruribus candidis et oppidis distincti: adest et una venustissima insula Comacina, in quam saepe victi reges et duces ex Insubria terris confugerunt. Sed anno 1169, deletis a Novocomensibus insulae munitionibus, nonnisi ludis et amoenis itineribus insula deinde patuit: hodie in eius templo, sancto Praecursori dicato, solemne quotannis festum habetur. Splendidae, post Novocomum, Lari civitates Leucum et Bilacum sunt, cuius in promontorio, quod aquis alte incum-

bit, aliud Plinii rus fuisse memoriae traditum est.

X.

GUARDIAGRELIS MONUMENTUM

GUARDIAGRELE oppidum in Aprutinis Italiae est apud Theate, quod nemo ignorabit, nisi prius bonarum expertem artium planeque rudem voluerit se confiteri. Tanta enim huic oppido ex civi suo Nicolao fama parta est, quantam ex Raphaël Urbino, ex Bonarrotio et ex Cellinio Florentia suscepit. Qui quidem in auro, argento et aere caelandis, vel encausto pingendis, in simulacris ex marmore vel creta fingendis, in aedificiis describendis, constituentis, ornandis talis fuit, ut cum iis, qui antea, cum iis, qui postea fuerunt summi, de principatu certare posse videatur. Atque hoc veluti praecipuo viro et magistro illa Aprutina opificum schola maxime flouruit, quae, Ursinis dynastis, magnis Marsorum comitibus, alite bono faventibus, XIII ac XIV saeculo, Aprutinas regiones omnes templis, palatiis, imaginibus, monumentis, pretiosissimis mira arte rebus ubique ditavit, atque apud artis peritos viros tantam



Novocomi cathedral templum et aedes municipum. (Photographice expresserunt Fr. Alinari, Florentiae).

NOVOCOMUM URBS

Novocomi urbis, Alexandri Volta patriae et altricis, prospectum exhibemus. Hanc Orobii barbari, multo ante Urbem conditam primum consti-tuerunt: Romani vero, cum anno 557, M. Claudio Marcello consule, barbaros domuissent, coloniam in municipium duxerunt, quam postea Divus Iulius exsulibus Graecis maxime auxit, unde Novocomum non-men ei fuit. Colonia itaque primum Romani imperii vices sequuta, barbarorum incursionibus deinde patuit, quoadusque, recuperata libertate, liberi iuris se reddidit, et in Germanas Insubres civitates varia fortuna pugnavit civilibusque discordiis diu vexata est. Postea Mediolanensisibus ducibus, deinde Germano imperatori paruit, et Iberorum regno cum ceteris provinciae civitatibus addicta est, atque Austriae imperatori tradita, post quae Napoleonis fortunas in Italico regno sequuta est. Anno 1848 contra alienum dominium una simul cum Mediolanensisibus ad arma concurrevit: et anno 1859 tandem post praelium ad S. Firmum in libertatem rursus vindicata est.

Arx quae urbi imminet (vulgo *Castel Baravell*) a Romanis posita, a Liutprando Longobardorum rege, a Friderico I Germano imperatore, a Vicecomitibus

adepta est gloriam, ut vel nunc cum reliquis, qui Italiae affulserunt, magna possit cum laude comparari.

Haec autem in libro, duce pro iis, qui ex urbe Roma Sulmonem ferrea petant via, vix a me delibata, plenius illi haurient qui Marsorum oppida, qui Aequiculanos pagos, qui Marrucinos, qui Frentanos, qui Theate, qui Interamnam, qui, Aprutiorum caput et principem urbem, Aquilam Vestinosque lustrabunt, quae loca omnia, siqua praetulerint et visu digna et recordatione saeculis illis erecta, Aprutinae scholae artificibus debere ea se fatebuntur.

Haec mihi, Musis amicis olim peragranti et prospicienti et scrutanti loca, dicere licet; nam, quae vidimus atque tetigimus, incorrupta semper fide narramus, praesertim cum accedat auctoritas amplissimi in hac urbe viri, Vincentii equitis Capobianchi, tum in archaeologicis et numismaticis rebus, tum in pugnandi arte scitissimi, tum in iis dignoscendis atque existimandis, quae bonas oleant artes et quodammodo teneant principatum. Quo docente, quum Tibure essemus, innotuit tantam fuisse scholam Aprutinam, ut non modo Nicolai, sed vel Silvestri ab Auricula, qui Nicolai discipulus habendus est, effigies quaedam, nigro ducta marmore, pluribus libellarum millibus nuper venalis fuerit, haud alter ac si Donatelli ipsius opus fuisset insigne.

Sed praeter has viri sui laudes, novam, eamque civibus communem omnibus suis, Guardiagrele, superiore labente saeculo, additam sibi vidit; nam Gallicae reipublicae armis Italica regna late vastantibus, constantia mira, audacia summa cives eius victoribus obstiterunt. Pro aris et focis arma sumperunt, quum vidissent subversa tempila, expilata fana, temerata altaria, privatas res non secus ac publicas, aeraria, monumentaque gentium direpta, dispersa, dissipata, ablata, simul ac venissent in potestatem victoris. Atque inter haec late grassabatur militaris licentia, cuius in arbitrio pudicitia uxorum et filiarum erat, et filiorum et avorum sanguis, et domestica res atque supellex inhiantum ferocius praedebatur.

Hinc hi, periculose potius facere quam turpiter perpeti cum statuissent, obseratis muro portis, munitis custodia manuque vigili moenibus, promissa exspectantes auxilia, hostes arcebant. Hostes autem potiores armis, tormentis bellicis, et perfidia hominum turpissimorum, qui societatem cum hoste iniebant, hostemque ex insidiis perfide domum vocavabant, perfide texerant, quassatis muris irrumpunt, haud facile potituri, nisi defensores miseros a tergo abditi hostes et proditores cives adorirentur.

Iamque tacentem terrore civitatem impleverat exercitus, quum accita venit ex finitimo gens, quae multis ante annis contra Guardiagrele simultates exercuerat, nunc populatura omnia et incensura. Idque factum ex duce gallico audivimus, ut in abolitione nobilissimae ac magnificentissimae urbis suo quidem consilio, alieno autem scelere usus fuisse videretur.

Quis cladem tenebrosae illius diei,
quis funera fando
Explicit, aut possit lacrimis aquare labore?
Urbs antiqua ruit multos dominata per annos,
Flurina perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, et religiosa Deorum
Limina...

At, quod virtutis verae est, pacatis rebus et reuentibus habitatoribus, qui primo praeliorum clangore prudentes vel alio diffugerant, vel inter montana latuerant, mirantibus ipsis, qui usserant, qui

diripuerant, iterum frequentari, iterum quasi ex fe-
retro lacertos movere, mox quasi redditia iuventute
revirescere Guardiagrele oppidum visum est.

Quum igitur saeculum sit ab excidio, patres po-
pulusque sanxerunt, ut monumentum constitueretur
iis qui, pro patria pugnantes, pro focis arisque occu-
buerant, sive perculisset vis Martis eos, sive atro-
cior ira victoriae.

Monumentum, locatum statuario in Urbe degenti, Modesto Parlato, hoc mense magna solemnitate
patebit erectum in praecipuo oppidi foro, quod simplicitate gravi, sculptoriis nugis crepundiisque
abrogatis, quodam solitudinis et squaloris sensu per-
cellit animos respicientium, multaque subdit animo
meditanda, quasi austoris lineis illis, quibus conclu-
ditur, quasi parsimonia rerum conciliante, provocata
in mente et provecta.

Tum in civium memoriam, qui pugnantes pro
patria una cum patria conciderunt, solemne sequitur
epigramma, dignum non vate, sed Musa. Subdere
iuvat:

*Gloria quingentis patrio sit funere meritis,
Dum legum est laudi civibus obsequium.
« Ostia claudantur! »; clauerunt ostia saxis;
« Arma viri capiant! »; arma tulere viri.
Muro pugnarunt; per fraudem urbs capta flagravit;
Qui clausere fugam, non timuere mori.*

Post haec est syllabus intersectorum, enumerans sacerdotes xi, nobiles xxviii, artifices clxi, agricolas ccc; quae omnia nomina palmis ambit insculptus leo cui magnus in fronte moeror, quasi doleat se non potuisse eos sua morte tueri, pro quibus usque ad profusionem animae pugnasset.

Requiescite, o fortis, in pace! Si gloria est laus
recte factorum, magnorumque in rempublicam fama
meritorum, quae, cum optimi cuiusque, tum etiam
multitudinis testimonio comprobatur, exsultate vos
habituri gloriam sempiternam.

Ego vestra notavi, ne coram me vestra virtus
praeterisse absque praeconio et fere neglecta vide-
retur, essentque fides et virtus vestra exemplum
imitandum plerumque populis, iugiter autem cele-
brandum.

H. DE VECCHI-PERALICE.

FLORUM MICROBI

NO TUM est iam omnibus satisque vulgatum, quod maiores nec suspiciati quidem fuerant, plantarum herbarumque vel simplicem tactum labefactandae valetudinis periculo minime carere: uno namque fungorum contagio actinomycosis geminusque batrachomycosis morbus paritur, et canceri causam ex plantarum usu esse inquirendam non pauci neque indocti opinantur.

Qui vero metus nemini hactenus in mentem
venerat, a Dominico Freire viro clarissimo, qui de flava febre in Brasilia multa feliciter investigavit, nunc primum inductus est, novo hoc, post assiduas inquisitiones et callida experimenta, proposito dubio, utrum a floribus olfaciendis omnino nobis abstinentum sit, ut vitae incolumitatem tueamur. Cavete enim: muscae et papillones quae cespites circumvolitant, sedulae apes quae dulcia mella ex calicibus hauriunt, ipsique lenes zephyri qui roridas corollas, puellarumque genas blandiuntur, mortifera germina in aliis vehunt, circumflant, disseminant.

Et plane, experimenta cl. investigatoris quaevis
dubia dissipant. Exstat prope civitatem Sancti Se-
bastiani ad Ianuarium flumen hortulus, qui ab urbe

octo millia passuum distat, super mare vero quin-
quaginta eminet: tunc ille ex hortulo flores colligit,
affert domum, atque aptis forficibus, quas primum
flamma adustas purgaverat, anteras recidit. Tunc
anteras in vitreas immittit fistulas, esculentis iam
lymphis, quolibet malo germine puris, repletas: il-
laeque paulatim, quae viscidis humoribus, quibus
illiniuntur, ad venenosa semina retinenda aptiores
sunt, colonias microbicas, crystallinis lentibus facile
visibiles, plurimas generunt alueruntque.

Ex anteris, quas *Hibiscus rosa sinensis* dederat,
Micrococcus cruciformis, microbi hactenus ignoti, ge-
niti sunt, qui idecirco utrum nocentes sint, nemini
adhuc innotuit. Ex *Rosa gallica* biniae coloniae sunt
partae, quarum una *Streptococcus pyogenes* aliquantulum
imitatur, alteri vero ignoto bacillo *gallici* est
nomen ineditum. In flore quodam ex convolvulorum
familia, quem *Ipomoea Guamo*llit vocant, *Micrococcus*
salivarius pyogenes et *Spirillarum* nova species, quae
Spirilla tenuis et *serpens* est dicta, germinarunt: de-
nique in flore mali persici *bacillus piocianus* insi-
debat, qui caeruleo colore fucatus facilissime innotuit.

Experimentis, itaque, quae nova in dies docent,
ignotum hoc est in tuto positum, florum corollas,
et praecipue eorum staminum anteras lethales mi-
crobos viscido humore retinere, qui postquam forte
in hominem transierint, adolescent paullatim, et ad
vitae plenitudinem, non sine magno eius detimento,
pervenient. Nec satis: primum enim florum colore,
et microborum pigmento inter sese comparatis, na-
turalem relationem inter utrumque intercedere au-
tor existimat, cum, e. g., flavus color quo *Micrococcus*
cruciformis fucantur, florum *Hibisci rosae sinensis*
colori simillimus sit; at eadem rursus similitudo
etiam in odoribus reperta est, ita ut ex microbis
idem odor diffundat, qui ex floribus in quibus vivunt.

Quapropter nullimode absonum est putare, et
colores et florum odores microborum causa gigni,
qui veluti germina metamorphoseon passim haben-
t. Neque tamen novis hisce adnotatis florum pe-
ricula nimis inflanda putamus, qui profecto nil aliud
faciunt quam quod zephyri ad se adducunt, suis facile
corollis accipiunt et glutinosa lympha retinent: sed
microbos ubique adesse et vel stomacho inhaerere,
ut digestionem faciliorem reddant, ecquis ignorat?

Sunt itaque boni simul et mali microbi, quos
si ex floribus vitare cupimus, illos procul aliquantulum
olfacere sat erit, neque anteras venenatas avido
nimis naso tangere; hisque cautelis pulcherrimo na-
turea dono frui non prohibebimur.

Hoc unum vero liceat in fine rogare: quot ho-
mines florum contagio necati hactenus enumerentur;
neque enim nos unquam talia audivimus, neque au-
tor doctissimus assert exemplum.

R. SPINA.

DE TELEGRAPHO FILI EXPERTE

NOVA ADINVENTA

SUAS posse electricidem vires de loco ad locum exe-
rere nullo adhibito ductore filo, Marconius italus
docuit, idque in nostro commentario non semel dispu-
tatum est. Esse autem et hac in re modum, facta pro-
barunt, quibus innotuit longa nimium intervalla obsistere,
isque aut retardari, aut dissipari electricum robur. Qua-
nam de causa? Quia diversa soli strata vel non facile
permeabilia, vel suapte natura vim electricam quaquaversus
effundentia, exiguum potentiam plerumque minuant,
plerumque dissolvunt. Si vero de mari atque in mari sit
res, undarum aestuantium motus atque mobilitas insitaque
ad electricis dispersionem potentia, quo tempore electricis

actioni ubique p
fundens dilapidat
mari relicta, nul
aerem, quo uti po
gravior; nam, si
radiis, tum venti
exhalatione terra
et sexcenties oce
stituta ventis reg
constituta atque
scere non possit
fulsit in mente,
stationes institue
rantibus electrici
stationibus, ex
electricum robu
subtus oceano
facilis telegram
haec spes arride
mittenda epistol
mate dimittendo

Tesla, hoc
perficit, quippe
rius mentio es
cohibentur ne v
turribus ex chal
etricam vim, q
millia in aether
electricis comm
etricus rivus, in
eadeni velocitat
metallicis ad s
persimiles, qui
nam Tesla ide
duas huiusmod
dinum.

At neque
inquam, qui i
rum telegraph
idque ea potis
illa sua adinve
repente mutat
cem, quae se
et quadragies
agentes ad in
obvia et con
sive saxum, si
Quod quum e
erit propria de
libitum vel al
mocinationes
nographo ex

Animated
QUOD CO
ciasse
periore nu
fateor libe
quodammo
Sextilis me
usque ad hu
nescio qua
tur; praet
litari siriis
laetitia ar
Hispaniae
lium virg
e civilibus
daeorum
lebantur;
ac praecip

super mare vero quin
hortulo flores colligit,
orficibus, quas primum
anteras recidit. Tunc
fistulas, esculentis iam
ine puris, repletas; il-
lis humoribus, quibus
na retinenda aptiores
stallinis lentinibus facile
salueruntque.

rosa sinensis dederat,
i hactenus ignoti, ge-
nocentes sint, nemini
binæ coloniae sunt
pyogenem aliquan-
to bacillo *gallici* est
n ex convolvulorum
t vocant, *Micrococcus*
n nova species, que
a, germinarunt: de-
illus *piochanus* insi-
s facillime innouti.
ova in dies docent,
n, florum corollas,
nteras lethales mi-
qui postquam forte
nt paullatim, et ad
no eius detrimento,
nim florum colore,
se comparatis, na-
ne intercedere au-
lor quo *Micrococi*
isci rosae sinensis
rurus similitudo
a ut ex microbis
in quibus vivunt.
m est putare, et
rum causa gigni,
on passim haben-
notatis florum pe-
profecto nil aliud
ducunt, suis facile
ha retinent: sed
nacho inhaerere,
ecquis ignorat?
li microbi, quos
rocul aliquantu-
venenatas avido
pulcherrimo na-

gare: quot ho-
s enumerentur;
mus, neque au-

R. SPINA.

EXPERTE

ad locum exe-
carconius italus
n semel dispu-
um, facta pro-
valla obsertere,
n robur. Qua-
vel non facile
m quaquaver-
que minuunt,
ne in mari sit
llitas insitaque
pore electridis

actioni ubique patet, eo ipso quo patet, quaquauersus fundens dilapidat. Huic damno occurrendum. At solo et mari relicta, nullum supererat corpus perpetuum, praeter aerem, quo uti possemus. Nova hinc difficultas, et profecto gravior; nam, si mobilis unda, mobilior aer tum solaribus radiis, tum ventis agitatus, tum exhalatione pelagi, tum exhalatione terrarum quovis momento non semper idem, et sexcenties oceano turbidior ac turbulentior. Verum constituta ventis regio, qua excedere nequeant, regio nubibus constituta atque procellis, ultra quam et saevire, et misere non possint. Hoc sapienti cuidam viro feliciter afulsit in mente, et ipse auctor fuit aetherias aerostatorum stationes instituendi, quibus in tranquilla caeli regione morantibus electridis undae, dimissae ab aliis aerovagorum stationibus, excipiuntur. Ita, quavis distantia interposita, electricum robur in pace diffunditur, et, ipso Atlantico subtus oceano non prohibente, ex America in Europam facilis telegrammatum et obvia transmissio; quin etiam haec spes arridet, fore ut quod nunc persolvitur pro dimittenda epistola, brevi sufficiat pro unoquilibet telegrammate dimittendo. Sed iam ad mirabile artificium redeamus.

Tesla, hoc enim auctori cognomen, rem suam facile perficit, quippe quia aerovagi illi, quorum facta superius mentio est, metallicis ex optimo chalybe funibus cohibentur ne ventis rapiantur; huiusmodi autem funes, turribus ex chalybe pariter exstructis alligatae, deferent electricam vim, quae discis aerostatorum quinque pedum millia in aethere stantibus undeque excipitur. Nam vix electridis commovebitur fluctuatio ex oscillatoribus, electricus rivus, in discos ruens, effulgurabit vibrans in aeren eadem velocitate ferme qua lux; haec autem potentia, filis metallicis ad solum deducta, efficit vibrantes discos iis persimiles, qui pendent in altis. Res iam in limine est; nam Tesla idem praeannuntiat fore ut, hoc exente anno, duas huiusmodi stationes aspiciant Neo-Eboracum et Londonum.

At neque auctori insigni videtur sufficere; huic, inquam, qui iam ab anno 1893 praedixerat brevi frumentorum telegrapho nullis coniuncto filis humanum genus, idque ea potissimum causa, quia oscillatoria potentissima illa sua adinvenerat, quorum ope quilibet electricus rivulus repente mutatur, dinamo inferente, in vim electromotricem, quae secundo quovis momento vibrat inter vices et quadrages centena millia, undas producens electricas agentes ad instar radiorum, qui X nuncupantur, quibus obvia et convia, et penetrabilia omnia, sive humus sit, sive saxum, sive pelagus, haud aliter ac si aer et aether. Quod quum exploratum absolutumque fiet, unicuique faserit propria detinere domo pegmulum electricum, quo ad libitum vel ab articis ad antarticas terras sua verba sermocinationesque dimittat, quaque dimissa semel, phonographo excipiente, viva colloquentis voce reddantur.

L. M.

FRUSTULA

Animadversiones paeponterae.

Quod commentarii huius moderatori mili praeannun-
ciasset frustulis, deficiente spatio, locum in su-
periore numero non esse, me non nimis conquestum
fateor libenter; Romanorum enim patrum otium
quodammodo aequare mili datum est. Ipsi namque
Sextilis mensis dies - ita enim Augustum mensem
usque ad huiuscem nominis imperatorem nuncuparunt -
nescio qua solemnum remissionem transire patieban-
tur; praeterquam quod illos frangi quidem ac debili-
tari siriis ardoribus debuisse dixeris. Atqui publicae
laetitia argumenta occurrebant et memoria citerioris
Hispaniae a Caesare subactae, et Iudorum Consula-
lium virginumque raptus auctore Romulo, et pacis
e civilibus bellis partae, et, Hadriano imperante, Iu-
daeorum oppressionis. Haec ferme solemniter recon-
lebantur; sed illarum populi significationum expertes,
ac praecipue epularum, quas vobis, qui me huius-

modi memorias colligentem constanter secuti estis, peculiare aliquod apud maiores constituere facile videre fuit. Forsan ex hac abstinentia causa deducta est, cur IIII mensis idus autumni tempus indicetur? Nam hanc notam in Romanorum fastis reperi, ac statim *Lycnapsiam* sequi, diem scilicet qua lucernis accensis coenaretur. Hercle! quanto animi desiderio hic dies expectabilis et exspectandus!

Idibus Augustis igitur aestui omnino valedicendum fuit, ut, insequentie die, autumnalibus ferialibus, novis equestribus et cymbarum cursu in Tiberino flumine, initium daretur. Ecquis vero dicat quo magis vino potius quam aqua Romani certarent? *Vinalia* namque iisdem diebus erant statuta, in quibus Iovi primam pituitariam offerebant; at insimul ex dolis vetustum nutritumque merum relinabant, quod tamen sibi officio ducebant eidem deorum hominumque parenti pitissandum tradere. Sic, geminato semine, vino omnes madentes gaudebant!

A IX ad V kal. Septembbris *Lunaria* indicta erant: Phoebi hac senescente sorore, eius sacerdotes, quasi furore perculsi, urbis vias discurrebant cornibus, tibiis, citharis, aliisque huiusmodi et ipsa voce perstreptentes, Cynthia ne magorum cantamina posset audire, quae tunc moveri putabant. Quod autem ipsum numen bello praeesset, cum *tacitae per amica silentia lunae* Graeci Troia essent potiti, in eius templum, quos vicerant hostium arma etiam deferri solebant. Tertio denique kal. Sept. aditus almae Cere-ris in fanum patebat; inde nec delectum habere, nec pugna decertare, neque comitia facere, vel quidquam agere de re publica, siquidem religionis occulta mysteria aperiri his diebus Festus testetur.

¶

Flabellum, quo nunc utimur, plicatile.

Aestuante sole atque omnia torrente, lenis frigoris et ventilantis aurae desiderio tabescimus. Hinc (iisdem quippe in adjunctis rerum semper iisdem fuerunt homines, et eadem semper optarunt) ea quaesita sunt, quae dormientes circa nos Zephyros excitarent. Flabella prisci constitutae viri, fixis in auro aut in argento pennis avium pulcherrimarum, pavonum saepissime, unde illud Propriet:

et modo pavonis cauda flabella superbae.

Hoc erat autem ventilantis instrumenti genus ad gestandum minime commodum, et servus constituebatur ad ventilatoris officium. Anno tamen 670 p. C. n. Iaponensis quidam operarius ex Tam-Ba, considerata vespertilionis ala, eam venit in mentem, ut ligneam cratem ex assulis ad similitudinem conderet, super quas disposita tela et glutine affixa, plicatile pro lubito alam faceret, qua explicata aurae circa vul-
tum cierentur. Et haec flabella, imperante in Iapone-
nenses Ten-fu, nomen *Kawaort*, id est *Vespertilio*, adepta sunt. Late per Orientem usus diffunditur; Lusi-
tani, qui mercaturam Barygasae exercabant, in-
ventum devexere in Europam, ubi, Henrico III regnante, in deliciis apud mulieres esse coepit, variisque figuris inscriptum mensis parietibus ornamento fuit, nomenque apud plerosque populos *ex ala venti* tulit.

¶

Utilia.

Ex aestate hanc quoque notam sumo; siccis enim diebus serica textilia vel gossypiacea vel linea facilius igne conflagrant. Porro a Gallico quodam chymico modum quo textilia ignibus impervia reddantur edocemur. Monet quippe aqua, in qua pulvis ille, quem calcem carbonatam vel cretam hispanam dicunt, solutus fuerit, ea abluere, atque ita, quamvis

inter flamas porrecta, incolumia servari pro certo affirmat.

Periculum agite, meque de exitu certiore, quae-
saciatis.

¶

Iocosa.

Alternum hunc sermonem paucis ante diebus in Urbe audiui:

— Est ne igitur purus aer in suburbano tuo?
— Aedopol! Si veneris, brevi centum annorum fies!

FORFEX.

ANNALES

Dreyfusiana, et Galici tumultus - Austriaca perturbationes - Sancti Dominici insulae seditio - Cubana libertas - Philippinarum vicissitudines - Transvaaliani belli minae - Anglorum cum Italiam, Sinensium cum Iaponensibus, Brasiliae cum Argentina et Chilensi republica foedera - Ex Aedibus Vaticanis.

Rhedoni, ut omnibus constat, Dreyfusiana quaestio ancipiti cursu procedit, tum contra, tum pro celeberrimo prodigionis crimine accusato testibus, et extraneos milites qui legationibus addicuntur acriter interdum improbrantibus. Inde diarium et ephemeredum non in Gallia tantum, sed et in ceteris nationibus asperior in dies pugna fit, et mendaciae notas alii alios, Galli in Germanos, Israelitae in Gallos et vicissim irrogant. Labori, notissimum iam Dreyfusiana questionis patronus, ab ignoto hactenus sicario, proditorie vulneratur; Guérin populi orator, Lutetii in domo collegii Israelitis adversantis, una quibusdam assecilis conclusus atque munitus, ne in vincula tradatur, obsidione cingitur: prohibetur aqua et cibis, ut fame oppressus in detinione tandem veniat; ipse vero petroleum suppelletilibus superinfundens, antequam vivus capitur, sese et suos inter flamas perituros spondet. Interea anarchistae, a Sebastiano Faure vehementissima oratione excitati, publicam iam quietem Lutetii gravissima seditione labefactare contendunt, qua ex clamoribus atque iurgiis ad verbera primum et pugilatus, tandemque ad arma ventum est. Concurserunt itaque milites equites pedesque, et licet plurimi ex utraque parte interfici ac vulnerati sint, una tamen die tumultus absolutus videtur. Dum haec domi fiunt, Delcassé, rerum ad exteros supremus administer, Russiam petiit, atque cum imperatore eiusque ministro Murawieff diu esse collocutum, murum plurimis fuit. Inde improvisi itineris variae atque dissitae interpretationes vulgatae, nonnullis contenditibus illud pro Dreyfusiano negotio fuisse initum, aliis contra ad componendas dissensiones nuperrime exortas de quibusdam ferreis viis, quae Gallorum aere per Armeniam et Anatoliem usque ad Persiam deducere opportunum Germani et Galli rati sunt.

★

Perturbationes haud minus graves alias etiam gentes conturbant, praecipue Austriam, quae renascentibus quotidie odiis inter Germanos et Slavos crudelibus contentionibus et seditionibus vexatur. Quae praecipue postremis diebus Pragensem, Secviensem, Salisburgensem et Cillensem civitates perturbarunt, iuvenum potissima culpa, qui studiis operantur. Qua immo postrema in urbe, cum Germani in Slavos contumelias fecissent, Slavi districtis armis Germanos adorti, unum interfecerunt pluresque vulnerarunt. Itaque Franciscus Iosephus imperator tum

Hungaros tum Austriacos administros ad urbem Ischl secum ad concilium advocavit, in quo tamen, quae decreta fuerint, adhuc ignorantur.

★

Ibericae contra seditiones videntur tandem aliquando sedatae; non ita vero de veteribus Iberorum coloniis, quae vehementius in dies commoventur, atque in discrimen libertatis ruunt. Quod, hodie in Sancti Dominici insula contigit, ubi post Heureux praesidem interemptum, perduellionum factiones Jimenes sequuntur et urbem reipublicae caput exercitu petunt. Immo legitimi gubernii copiae, quae in eos missae sunt, ad hostem transfugerunt, neque proximus erit tantae discordiae finis, nisi prudenti consilio, Americani septentrionalium foederatarum civitatum, pacem inter furentia odio reducere suum veluti tutorum munus existimantes, perturbatam rem publicam suam facere iam cogitent.

★

Neque dissimili prudentia audivimus Cubae insulae geminae Antillarum sorori, quam nuper ipsi tenuerunt, libertatem proxime esse restituendam, quamvis certis limitibus circumscriptam atque Americanae tutelae subditam, ne nigri homines, qui tanto numero imibi vivunt, imbecillam atque incultam rem publicam suo libitu dominentur.

★

Sed in Philippinis insulis haud pariter prona sunt fata; decem enim iam novas legiones deligi oportere decreatum est, quae ad barbaras insulas transeuntes, finem acerrimo bello faciant, atque renuentibus indigenis libertatis regnum imponant.

★

Transvaaliani belli minae adhuc impendunt; quae enim modo ad concordiam inclinare res, subsequenti die, nova potentibus Anglis, vel Boeris rigidius respondentibus, belli contra ad inductionem ferre vindentur.

★

Anglorum atque Italorum pactionem de Aethiopiae finibus constituendis initam tandem nuntiarunt; cum aethiopici exercitus non tantum ad nostrae coloniae terras, sed etiam ad anglicas novas in Sudan possessiones paullatim accederent. Itaque, qui olim in infasto bello quavis auxilio destituti cladi occurrimus, hodie contra, ut coactae coloniae fines describantur, anglica benevolentia libenter adiuvamus. Sinenses autem Italorum res, quas proxime in melius cessuras promiserant, nec tanta quidem cunctatione restitui posse dubitamus, quamvis haec tantum in praesens postulata sint, ut fodinae in Ce-kiang nostris operariis derelinquantur, ferream viam per sinum et provinciam nobis deducere liceat, et in Peckinensi atheneo novum magisterium ad italicam linguam edendum instituantur.

Neque Sinensis ipsis facilior via patet; foedus enim illud, quod proxime ab illis cum Iaponensis initum iri dicebant, Russorum imperatore prohibente, derelinquere oportuit.

Contra vero foedus illud, quod in meridionali America inter Chilenses, Argentinos et Brasilienses latinos populos Roca, Argentinae reipublicae praeses, in suo itinere procuraverat, feliciter tandem iustum esse affirmatur.

★

Die Augusti mensis vigesima, Ioachim, Deiparae Patri, sacra, et SS. Dni Nostri Leonis PP. XIII nominali, Patres cardinales, episcopi, ceterique in curia degentes antistites, selectaeque ex catholicis

urbanis societatibus legationes, una cum universa pontificali curia et familia, ad omnia dilecto Patri offerenda Vaticanicum adierunt. Pontifex ipse, ut assulet, post accepta benigno animo auguria, adstantes omnes in privata bibliotheca ad colloquium advocavit, et duarum horarum spatio benigne cum iis moratus est, oblataque dona recepit, inter quae clarissimi viri Petri Angelini, e numero scriptorum nostri commentarii, epigramma, quod heic referre placet:

*Ira superciliosum Numinis errat,
Eius et obtulu mola debescit humus.
Fulgurat, inque satis crepitans salit horrida grando;
Scindit flava comes imbre furente Ceres.
Seu Taurus Librae cessit, seu Scorpis Hoedis,
Seu Canis bibernas occidit inter aquas,
Dixeris inverso per caelum tramite ferri
Sidera, et extremum non procul esse diem.
Damna tamen felix reparat caelestia signum;
Imperium mundi stella Leonis habet.*

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia, perfecto Victoriae reginae sermone, publicae utriusque coetus sessiones intermissae sunt: binae autem leges in procinctu, altera de agrorum cultu in Hibernia, altera de publico aere alieno in coloniis contrahendo, latea sunt.

In Belgica scholae oratorum, quae popularibus comitis addicuntur, rogationem de electionum ritu a Smette-Nayer administratorum principe oblatam, maximis suffragiis approbarunt.

In Germania. Quamvis Wilhelmus imperator, cum canalem ad Dortmund nuper effossuni inauguret, alium canalem Elbam inter Rhenum flumina se velle quovis pacto perficere asserisset, oratores populi rogatam hac de re legem tribus post diebus respuerunt.

In Helvetia civitas Saint-Gall legem de vectigali hypothecario augendo ratam habuit.

In Serbia iam a die mensis Augusti xix electiones oratorum populi indictae sunt, quarum tamen exitum adhuc ignoramus.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENTIO

CESARE ROSSI. *Sul colle di San Giusto.* - Tergeste, typis Ioannis Balestra, 1899.

Inurbanos nos vel oblitos sui nominis cl. a. ne puter vehementer dubito; officium namque, quod hodie praestoi, a multis iam diebus implere debueram. Sed in alterutram partem fallitur omnino; versibus enim eius, vix atque eos in oculis habui, percussus ita sum, ut legerem iterum iterumque, et memoriae mandarem, et recitarem amicis. Velim itaque multa hodie dicere; sed angusto spatio coactus, vix haec adnotem. De stilo unam laudem referam, Dante magistro Rossium scripsisse, cuius altum severumque flamen indesinenter veluti spirans per carmina sensi; de rebus vero, quas cecinuit, gratias ex animo illi ago, quod inter tot ac tantas, quae quotidie vulgantur, turpes ineptias, vivam puramque poesisflammam in Italicum animis excitandam curavit. Nam sanctae religionis fides passim in versibus insonat et carmina, quae Tergestinae cathedrali, quae sacris Dominicæ vitae mysteriis, quae divo Iusto urbis patrono, quae Mariae denique Deiparae, suavissima poeta dicavit vivum pietatis sensum pleno ex corde diffundunt. Historica vero patrum gesta, patriisque affectus cum attingit, una cum illo anxius factus sum, et renovata memoria exsultavi, ut cum Tergestinum mare, moenia, turresque describit, vel pugnae ad Legnanum, vel belli sacri memorias carmine revocat. Sed præ omnibus, fateor, hoc præcipue sum laetus, quod nostro latino nomine tam alta voce vates glorietur;

neque de eius fatis renovandis, inter hodierna infortunia spem dimiserit, et indesinenter se latinum, italum et romanum nomine natum adfirmet, nostræque spei fervidus adsertor sit. Nomen enim generis, quod tanta juventute simul ac tanta vetustate prædictum optime dicit, gloria pariter nostra et tormentum est, et utinam frequentiora huiusmodi carmina ederentur quibus, ut uno verbo omnia dicam, legentium animi ex tot vitae taediis tam viva spe feliciter eriguntur.

I. A.

Raptam Helenam, olim COLLUTHO graece conscriperat exametris, nunc et Colluthium et Helenam nobilibus interpretationibus insignes facit doctissimus vir C. A. MELANDER, sueus genere, quem ipse non pseudonimo, sed vero cognoscere nomine mallem. Quis enim laudabilior homine, qui triplici delectatur Musa, graeca latina, sueva?

Non ea vis animo, nec tanta superbia nobis, ut iudicium de germanis carminibus feramus, quae Melander protulit Suionum sermone ea interpretatus, quae a graeco in latinum carmen deduxerat; sed ea, quae nostra sunt, iudicamus si qua latina conscripsit. Patet in homine apprime scito assidua Virgilii lectio, assueta Horatio lingua; nec Ovidii, nec Juvenalis, nec Lucani, nec Statii expertem puto virum, vestigia, et melos, et stilum tantorum sapientum, ducente Minerva, sequutum.

Qui igitur triplicis Phoebi sacerdotio fungeris, macte vir, et si tibi verum Melander cognomen, dicat laetus respondere suis interdum nomina rebus. Quantus enim es, vere Homo dulcisonans es habendus, cui Latini nos et plaudimus libenter et gratulamur.

H. P.

AENIGMA QUADRUPLEX

Nos canimus *septem*; si *primam* forte reponas,
Dat, quae te et retinet, lector amice, tuos.
Altera si adfuerit, me utetur navita ut alis;
Me... proh! Roma meo sparsa cruento fuit!
Tertia... Voce mea semper sonuere theatra;
Fabula quid sine me? Scena locique silent.
Septima... Non habeas me in naso, lector; habentem Ridiculum facio: lector amice, vale.
Verum addas animal damnoso dente timendum,
Cui frustra fraudes bella feraeque movent;
Quod nisi tu apponas, cantantes voce sorores
Stabimus, et loquimur res sine mente tibi.

GRYPHUS.

Ex sociis qui huius aenigmati interpretacionem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et plurimis figuris ornatum, cui titulus:

**HISTOIRE DE L'ART CHRÉTIEN
AUX DIX PREMIERS SIÈCLES**
par l'abbé F. R. SALMON.

Aenigmata ann. II, n. XIII proposita his respondent:

1. Os-Iris. 2. Palus-ter.

Ea rite soluta miserunt:

Guil. Schenz, *Ratisbona in Bavaria* - Ed. Bianco, Roma - Car. Stegmüller, *Sabaria* - Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas* - Alois. Cappelli, *Senis* - Ios. Capovin, *Montebello Vicentino* - Alois. Frachetti, *Mengalore in Indis* - Ad. Artioli, *Ferraria* - Ios. Sola, *Montereale in Siculis*.

Sortitus est praemium:

GUILELMUS SCHENZ,
ad quem missum est opus, cui titulus:

**LES MERVEILLES DU CIEL ÉTOILÉ
ET LES PROFONDEURS DE L'INFINI**
par L. M. PIOGER.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

ter hodierna infortunia
latinum, italum et ro-
straeque spei servidus
quod tanta iuventute
optime dicit, gloria
et utinam frequentiora
ut uno verbo omnia
e tediis tam viva spe

I. A.

LUTHO graece conscri-
cum et Helenam nobis
facit doctissimus vir
quem ipse non pseu-
de mallem. Quis enim
lectatur Musa, graeca

bia nobis, ut iudicium
iae Melander protulit
quae a graeco in lati-
nae nostra sunt, iudi-
et in homine apprime
Horatio lingua; nec
nec Statii expertem
stylum tantorum sa-
mam.

rdotio funderis, macte
gnomen, dicam laetus
us. Quantus enim es,
cui Latini nos et plau-

H. P.

RUPLEX

forte reponas,
or amice, tuos.
vita ut alis;
cruore fuit!
ere theatra;
locique silent.
lector; habentem
vale.
ente timendum,
que movent;
voce sorores
e mente tibi.

GRYPHUS.

is interpretatio-
n miserint intra-
is accipiet opus
ris ornatum, cui

IRÉTIEN
CLES

his respondent:
ter.

dd. Bianco, Roma -
zana ad Vercellas -
tibello Vicentino -
Artioli, Ferraria -

ÉTOILÉ
NFINI

iurisperitus.

Socii.

PER ORBEM

Viam magnis cautelis hodie iuvat inire; quae
enim **contagiorum signa**, postrema vice immi-
nere Europae oris videbantur, attigisse reapse
Lusitaniam pluribus iam a diebus audivimus, ac
praecipue Callensem civitatem. Hanc pestis te-
rrima, proh dolor!, grassatur, pluresque cives
corripuit, nonnullos etiam confecit. Itaque in Gal-
liae, Iberiae, Angliae Italiaeque nostrae finibus
et portibus arctissimae custodiae decretae, ne
homines, neve merces a Lusitania profectae fini-
timos populos attingere impune, et mortiferam
luem diffundere queant.



Ex Neo-Eboraco de **flava**, quam vocant, **febri**
in Hampton nosocomio haud leviora innotescunt;
quae tamen vel maioris ponderis in Americis
habentur, ab **horridis procellis** patrata sunt.
Hae domus atque urbes late misereque vastan-
tes, Sancti Iohannis, Sancti Christophori, San-
ctae Crucis, atque Sancti Dominic in insulis
agricolas necarunt; Aibonito autem, Arroyo,
Bayamo, Elcane, Carolina, Rumaca et plurima
alia oppida deleverunt, sata abraserunt omnino,
incolas 102 ad Point-a-Pitre, 30 ad Sanctam Cru-
cem, 500 ad Ponce interfecerunt: denique Val-
paraiso urbs tumentibus nimis maris fluctibus
magno cum portus et domorum detimento per-
vasa diu est.



Sit itaque recto tramite in Europam reditus;
sed pedibus potius, si possemus, quam mari aut
ferreis vehibus suscipe viam oporteret: nimis
enim lacrimanda, tum ex Gallia, tum ex Ger-
mania, **vaporitraharam fata** insonuerunt. In
Nannetensi provincia, prope Juvisy, dum velocissi-
mae duae currum vapore raptorum series, alia
post aliam in uno eodemque tramite decurrunt,
sequens praecedentem invasit irruens, et prævia
quinque postremos currus viatorum plenos effra-
ctos retulit, in quibus homines necati sunt viginti,
vulnerati quinquaginta. Haec potuit atra tempe-
stas efficere, quae, cum nigrae undique nubes
omnia circumdedisset, machinariis ducibus signa
ad invicem abscondidit. In Austria vero ad Kla-
genfurth, currus, qui aggerem rapidissime trans-
sibant, e tramitis repente exsilientes, in subie-
ctam foveam fere omnes corruerunt. Itaque di-
sieci sunt et conquassati, ita ut inter ruinas
plures viatores vel ad mortem oppressi sint,
pluresque vulnerati. Neque tamen, cum ipsa
ruina interruptae telegraphicae funes fuissent, li-
cuit auxilia cito mittere; contra, noctem omnem
circa rogos misere transigere viatoribus oportuit,
quo tantum circumlatu lumine vulneratis ac mo-
rientibus succurrere ceteri, qui immunes evase-
rant, potuerunt.



Neque pariter vobis, ut navigio meum iter
sequamini suadebo; ex Tergestinis enim litoribus,
haec accepimus. Nautae quinque ex cohortibus,
qui litora custodiunt, selecti naviculari consen-
derant, quae vix portum dereliquerat, cum, aqua
per forum paulatim influente, in submersionis
discrimen visa est: quin etiam ex improviso,
venti effatu superveniente, conversa est omnino,
ac nautae simul et milites in aquas iacti sunt.
Tunc natare vehementer terram versus cooperunt;
quam tamen tres tantum potuerunt attingere, ce-
terorum nec cadavera quidem ullibi apparuerunt,
ita ut a squalis voratos fuisse existimat sit.

In Russia autem, navigium, quod canalem,
a Ferreis Ianuis dictum, transibat, in aggerem

fluctibus compulsum, fractum est, gubernaculoque
orbatum. Tunc, cum demergi coepisset, ad ser-
vandos viatores est opera conversa, qui reapse
ex aquis immunes plerique elici potuerunt, sed
nautae quatuor misere perierunt.



Desertiones opificum praecipuae in Ia-
nuensi navalium armamentario, inter Leucenses mu-
liieres que serica textilia conficiunt, Lutetiis inter
operarios, qui Societati ad aëream ex combusto
carbone lucem procurandam inserviunt, excitatae
sunt, sed brevi compositae, et operarii omnes
ad pristinos labores reversi.



Incendia ad Bruxellensem urbem in calcis
clibano, quo explosa sex operarii necati sunt;
et in Germania in Rhæuzuus oppido exarce-
runt, cuius domus viginti septem omnino de-
letas, et miseros cives absque tecto relictos con-
querimur.



Sed ex nostrorum incendiorum taedio ad
veterum memorias aufugere licet, quae de-
fleenda saltem minus antiquitate videntur. Huc
nempe tendo: in Neapolitano suburbio, prope
silvam, quam Realem dicunt, nova romana do-
mus est nuper reperta, quam Vesuvius celeberrima
eruptione sua lapillis atque cineribus obru-
rat. Domus in omnibus optime servata, ut plu-
rimae Pompeiis repartae sunt, in lucem rediit,
imo cistellæ erant argenteis aureisque nummis
refertae, quas prefecto quis aufugiens tunc de-
reliquit. Et reapse in ipso limine, prope cistellas
illæ pretiosas, aliud post aliud undecim facientia
corpora ex humo emerserunt, quae prefecto in
ipso fugae momento oppressa misere sunt.



Nunc equidem ego, lectores mei, tot cala-
mitatibus terga verto; nam, si divitibus nostris
maioribus nullum auri pondus profuit ut incolu-
mes evaderent, quid me miserum flaccida cru-
mena iuvabit?

VIATOR.

VARIA

Parvae ignivomae ballistæ
apud Germanos.

Tanta vis, tantus impetus pilis est, quae ex
parva huiusmodi ballista (italice *scioloppo*) tor-
quentur, ut, si pila ex chalybe sit, quadringenta
post metra murum saxeum transadigat; trecenta
post metra veteris truncum quercus. Quinimo
si post quadringenta metra sex viros ordine po-
seris, pila primos quinque traxit, et in corpore
sexti altius vulnerans acquiescit.



In locustas conlamatum est.

Bacteriologica doctrina, quae tota est in vesti-
gandis bacillis, nuper ex hisce quosdam in-
venit, qui locustarum populum peste quadam
exterminant, quia irreparabili contagio inter eas
propagantur.

Collectas igitur vespere nonnullas locustas
roravit inventor liquore illo bacillis infesto, et
liberas inde dimisit, quae mox ingens repetentes
agmen sociarum, cum iis se miscuerunt.

Nec mora. Intra tertium diem penitus dele-
tae sunt peste diffusa, atque ita deletæ, ut earum

cadavera regiones, quas depopulatae erant, late
operent.

Utile hoc agricolis repertum satis ostendit
contagia omnia bacillis provehi, grassari. Proh
qua veritas suberat illi errori populari, quo
olim putabatur linimentis, unctione quadam pe-
stes provocari, et effundi!...

*
Phonurgica.

Adhibitis aerostatis, experientiaque non semel
iterata, compertum est prout sequitur circa soni
diffusionem.

Tria metrorum millia habenda sunt quasi
terminus ultimus atque supremus, quem in aëre
pertingat vaporitrahae sibilus.

Duo metrorum millia, et metra quingenta
limitem signant, ultra quem rumor carorum per
ferream tractorum viam non amplius percipitur.

Si parva ignivoma ballista intonuerit, si canis
latraverit, inter mille metra atque octingenta au-
dientur.

Galli cantus, aeris campani sonus interval-
lum aërium, quod intra mille et sexcenta metra
continetur, non excedunt.

Musicam cohortem timpanis tubisque sono-
ram aerostata non audient, si qua per regiones
aetherias ultra quadringenta et mille metra na-
taverint.

Inter novem et mille metra humana vox in-
sonat, inter quingenta tantummodo distincte hu-
mana verba percipiuntur.

*
Loci.

Qua de causa mulieribus nulla annorum sit ha-
benda ratio.

Afra, tatarum et mammalium maxima mama-
ria, quam de aetate interrogaretur, percontanti res-
pondet: «Triginta aut quinquaginta vidi annos». Mirantem videns, eo quod tanta in latitudine ver-
saretur: «Heus tu», ait, «ne mirere. Sestertia nu-
merans, quae in arca habeo, iuvat numerare ad amussim ut sciām utrum infida furetur et rapiat
ancilla, me dormiente; at annos, quot sunt, nemo furabitur, nemo rapiet; mecum erunt semper,
atque ideo de numero eorum nihil sollicita cogito».

P. d. V.

EPISTOLARUM COMMERCİUM

Cl. L. P. MICR. - Roterodami. - Eorum, quae
in tuis effissionibus reperiisti notitia et nobis et
commentarii nostri sociis grata profecto erit.

Cl. L. HOR. SM. - Londini. - Carmen quod mi-
sisti late celebramus; edere tamen non pos-
sumus quod nimis longum.

Cl. IO WAB. - Varsaviae. - Perveneruntne
litterae, quas ad te nuper misimus?

Cl. H. HAM. - Eboraci. - De litterarum cer-
tamine ad pridie kal. Novembr. producto
scripsimus in superiore numero.

Cl. TS. - Augustae Taurinorum. - Quid
nostra refert?

Cl. FR. LECL. - Lutetiis Parisiorum. - Quam-
primum novae, quam vocas, appendici a
cl. nostro Petro Angelinio exaratae initium
dabimus, tibi multisque sociis satisfacientes.

Cl. Ios. SOL. - Monteregeali in Siculis. - Ex
aenigmatibus quae misisti secundum et ter-
tium edemus.

A SECRETIS.

T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemiis insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



* ROMAE in ITALIA *

Singulis in artium recognitionibus publice habitis
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentium res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.



In Foro Campi Martii, 6



Praecipua Templia cereis instruit ubique ter-
rarum. In Asiam, Africam et urbem Constantino-
polim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera,
pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur
onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit
francs 200 pro 100 Chilogramm.



FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

PHILIPPUS VITI EQUES MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro
rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpre-
tatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita,
quae *Cantici* originem exponunt, aliisque permulta. Libellum, quem
proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* compa-
randam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima
edit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit
L. 0.50, in pauperum levamen.

H. GRISAR

Storia di Roma e dei Papi nel Medio Evo

(Traduzione dal tedesco)

Pars I (Tria Volumina):

ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Veneunt Lib. 20

Apud DESCLÉE, LIEFEBVRE & SOC.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

MONITUM

Eorum omnium, qui in posterum inter commentarii socios
recenseri volent, subnotatio fieri potest a kalendis Iuliis.